

58

58



P. GURRY

CASUS

CONSCIENTIÆ



1


BX1758

G8

v. 1

1881

008398



1080016035

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

CASUS
CONSCIENTIÆ

TOMUS PRIMUS



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

45046

PROPRIÉTÉ DE L'ÉDITEUR.

*Tout exemplaire non revêtu de la signature de l'Auteur
sera réputé contrefait.*



L'Auteur et l'Éditeur se réservent le droit de traduction.



FONDO VALVERDE Y TELLEZ

BARRI-DUCIS, EX TYPIS CONTANT-LAGUERRE.

CASUS CONSCIENTIÆ

IN PRÆCIPUAS QUÆSTIONES
THEOLOGIÆ MORALIS

AUCTORE

P. JOANNE PETRO GURY, S. J.

THEOLOGIÆ MORALIS PROFESSORE

Longum iter est per præcepta, breve
et efficax per exempla.
(Senec. Epist. 6.)

EDITIO SEXTA

TOMUS PRIMUS

LUGDUNI

APUD OFFICINAM LIBRARIAM BRIDAY

Via dicta avenue de l'Archevêché, 3.

PARISIIS

APUD LECOFFRE, BIBLIOPOLAM

Via dicta Bonaparte, 90.

MDCCC LXXXI.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Tellez

BX 1758

G8

V. I

1881

APPROBATIO

Illustrissimi DD. A. HACQUARD, Episcopi Verdunensis.

*Operis theologici, sub titulo CASUS CONSCIENTIÆ,
auctore JOANNE-PETRO GURY, S. J., novam evulgationem
tanquam Sacerdotibus, ac potissimum Confessariis valde uti-
lem, probamus ac commendamus.*

Datum Verduni, 1 octobris anno Domini 1881.

† AUGUSTINUS, Ep. Verdunensis.

AD LECTORES BENEVOLOS.

Cum *Theologiæ Moralis Compendium*, paucis abhinc annis a me conscriptum, et in lucem editum, vobis, Venerandi animarum Moderatores, studiosique Theologiæ candidati, gratum acceptumque visum fuerit, inde animosior factus sum, ut aliud opusculum, nempe de *Casibus practicis conscientiæ*, studio ac benevolentiae vestrae proponerem ac offerrem.

Res hujuscemodi, non diffiteor, valde ardua est, atque periculis plena; sed quo majores a me fuerunt aggrediendæ et superandæ difficultates, eo major indulgentia a vobis mihi erit exspectanda et concedenda. Neque labori, neque studio peperci, ut hunc libellum ad finem mihi præstitutum perducerem, et nonnihil utilitatis, vobis et animabus sanguine Christi redemptis sollicitudinique vestrae commissis, adferrem. O me felicem, si hoc consecutus fuero, o me ter quaterque beatum, si, exigua hac opera mea, labores studiaque vestra sublevavero!

Doctrinam eandem jam in *Compendio* confertam ac concinnatam, mutata forma, adjectis vero applicationibus bene multis, hic reperietis, ita ut hoc novum opus, velut prioris explicatio, evolutio et quoddam complementum haberi possit. Servato eodem rerum ordine, casus nonnulli circa præcipuas Theologiæ Moralis quæstiones, posthabitis aliis solutu facillioribus, proponuntur.

Casus non paucos quoad substantiam, et quandoque in ipsis verbis, ex antiquis auctoribus, præsertim ELBEL, VOLT et PONTAS, deprompsi, temperata et quandoque etiam mutata doctrina, quoties id opportunum esse duxi, duce vero, fere semper, exi-

003393

mio doctore S. ALPHONSO DE LIGORIO. Verum multo plures casus exaravi ex iis quæ mihimetipsi, in animarum directione, per longam annorum seriem occurrerunt, aut quæ, consilii causa, a venerandis Sacerdotibus mihi proposita sunt.

Faxit Deus, ut speciali hujus operis forma, veluti pia quadam curiositate, juniores Clericos ad frequentius et constantius Theologiæ Moralis studium promovendum, proveciores autem ætate ad scientiam quotidianæ necessitatis recolendam, pertraxerim. Quod si istud contigerit, operam meam apposite impensam arbitror, atque in Domino gaudebo.

ADNOTANDA.

I. Nonnullæ voces quæ frequentius in hoc Opere occurrent, eæ brevitate causa per syncopen scribentur. Præcipuæ sunt : *S. Lig.* (S. Ligorius, in opere majori Theologiæ Moralis). — *S. Lig. Hom. apost.* (S. Ligorius, in Compendio ab ipso S. Auctore confecto, cui titulus : *Homo apostolicus*).

S. Thom. 2. 2. q. 55, art. 1 (S. Thomas, in Summa, parte secunda secundæ, quæstione 55, articulo 1).

Salm. vel Salmant. (Theologia moralis Salmanticensium religiosorum, nimirum Carmelitarum in Collegio Salmanticensi professorum).

Coll. Angedav. (Collationes Andegavenses, *Conférences d'Angers*).

Trid. (Concilium Tridentinum).

Catech. Trid. (Catechismus Concilii Tridentini).

Lug. vel Lugo. (Cardinalis de Lugo.) *Ronc., Busemb., Bonac., Tambur.* (Roncaglia, Busembaum, Bonacina, Tamburini).

Adde alias non paucas usu communi receptas abbreviationes, quas inutiliter referremus.

II. Quoties aliquis numerus ex variis auctoribus indicabitur, is ad tractatum ejusdem rei de qua agitur apud illos auctores referendus erit; sic, v. g., si in tractatu de Legibus reperias *S. Lig. n. 40*, intelligas : *S. Lig. n. 40, in tractatu de Legibus*. Quod si quando locus citatus ad diversum tractatum spectet, id expresse a nobis indicabitur.

III. Auctores varios in confirmandam nostram doctrinam adductos, ad majorem tractationis perspicuitatem, post expositas rei rationes retulimus : non ideo igitur rationes, saltem omnes, iisdem auctoribus indiscriminatim adscribendæ sunt.

Eorum igitur testimonium adducitur multo magis ad doctrinæ, quam ad rationum confirmationem.